Augsburg, um 1480/1500

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8446
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



hanc misericordiam populo tuo. quia
voluisti nos mirifica nos pietate.
et hereditate tua delectare. Ne de
spicias partem tuam quam redemisti
tibi: sed exaudi deprecationem
nostram. et propitius esto sorti. et
hereditati tue. Et
converte luctum nostrum in gaudium:
ut viventes laudemus nomen
tuum. Et ne prohibeas ora canentium
te. domine deus noster. Gr̃. Salvum fac
populum tuum domine et benedic hereditati
tue. ℣. Ad te domine clamavi deus meus
ne sileas a me et ego similis descendentibus
in lacum. Tr̃. Domine non secundum. ℣. ma
Nilla t. Ascendens iesus
ierusalem: assumpsit duodecim
discipulos suos secreto. et ait
illis. Ecce ascendimus ierusalem.
et filius hominis tradetur principibus
sacerdotum et scribis. et condempnabunt eum morte. Et tradent eum
gentibus ad illudendum et flagellandum et crucifigendum: et tertia
die resurget. Tunc accessit ad
eum mater filiorum zebedei cum filiis suis.
adorans et petens aliquid abeo.
Qui dixit ei. Quid vis. Ait illi.
Dic ut sedeant hi duo filii mei:
unus ad dexteram tuam. et alius
ad sinistram in regno tuo. Respondens
autem iesus dixit. Nescitis quid petatis.
Potestis bibere calicem quem
ego bibiturus sum. Dicunt ei.
Possumus. Ait illis. Calicem
quidem meum bibetis: sedere autem
ad dexteram meam et sinistram non est
meum dare vobis. sed quibus
paratum est a patre meo. Et audientes
decem indignati sunt de
duobus fratribus. Ipsum autem vocans
eos ad se. et ait. Scitis quia
principes gentium dominantur eorum.
et qui maiores sunt potestatem exercent
in eos. Non ita erit inter
vos. Sed quicumque voluerit inter
vos maior fieri: sit vestrum minister.
Et qui voluerit inter vos primus
esse erit vestrum servus. Sicut
filius hominis non venit ministrari.
sed ministrare: et dare animam
suam in redempcionem pro multis.
offertorium. Ad te domine leviavi. Secreta.
Hostias domine quas tibi offerimus propitius respice. et per
hec sacra commercia vitiata
peccatorum nostrorum absolve. ℣. Co.
Iustus dominus et iustitias dilexit
equitatem vidit iustus eius. Post.
Sumptis domine salutaribus
ad redempcionis tue quesumus pro
cedamus augmentum. ℣. Sup
Deus innocentie restitutor
et amator. dirige ad te
tuorum corda servorum: ut spiritus tui
fervore concepto. et in fide iugiter
manentes stabiles. et opere efficaces
Deus qui ad [illegible] cetera. ℣.
Iniquitates meas intende domine ad
adiuvandum me festina confundantur
et revereantur inimici mei qui querunt
animam meam. ℣. Avertantur retrorsum et erubescant qui cogitant
michi mala. Oratio